BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 187r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



competit in alijs synochis ¶ Quinta in-
tentio completur per medicinas tiriacales
que licet sint calide et febri absint, possunt
dari intentione habita a materia venenosa
Ex quo patet quod hic complicantur intentiones
contrarie, quia intentione habita ad febrem
competunt frigida, indicatione habita ad
materiam venenosam, competunt tiriacalia
que sint calida, oportet igitur resistere ad
illud quod magna infestat, ubi tamen
apparet venenositas materie et virtutis
casus, possumus dare aliquantulum de metri-
dato cum pauco optimi vini, et possumus
dare actu calida que sudorem provocent
ut materia venenosa ad extra educatur.
¶ Julep valens contra materiam venenosam
Rx scariole agrestis calamenti utriusque
bethonice seminum citri mundatorum et contritorum
ana ʒ s zedoarie canelle dulcis ana ʒ iij
zuccari albi lb i aque distillationis be-
thonice lb ij detur ad tollerandum cum
aqua scariole agrestis in hoc casu ubi est
suspitio magna de venenositate et pauca
de febre, puto quod esset utile emplastrare per-
tes propinquas cordi cum tiriaca quia prohibet
venenum ire ad cor ¶ Sexta intentio com-
pletur faciendo epithimata cordialia Cuius
subscriptio est hec Rx sandalorum alborum
et rubeorum ana ʒ ij rosarum rubearum ʒ i s

185

187